

A Pagninus: Date Domino filios arietum. Felix: Afferte Domino filij principum. Tigurina: Tribuite Domino qui vir- tute prestatis.

Gloriam & potentiam.] Græc. & Vulg. Lat. interserunt: Afferte Domino filios arietum: quod in Ebræo non est ac tum subiungunt: Afferte Domino gloriam & honorem. Sic & Arabs legit, & Hieron.

In de decore sancto.] Ebr. בְּהוֹרָה קִדְרָה Græc. & Vulg. Lat. & Arabs: In atrio sancto eius. Augustinus: In aula sancta eius. Pagn. In gloria sanctitatis. Felix: In magnificentia sanctitatis. Hieronimus & Iustin. In decore sancto. Vers. 2.

Confringens cedros.] Ebr. שִׁבְרֵי אֲרִיזִים Græc. & Vulg. Lat. Confringentis cedros. Sic & Hieron. Vers. 5.

Et exilire facit eas.] Ebr. וַיִּרְדְּדוּן Græc. & Vulg. Lat. Et comminuet eas. Hieron. Et disperget eas. quasi vi- ulus. Vers. 6.

Libanum & Schirion.] Græc. & Vulg. Lat. Et dilectus quemadmodum filius unicornium. Sic & Arabs Hie- ron. Libanus & Sarion quasi filius rhinocerotis.

Parturire facit.] Ebr. יִתְּלֵל Græc. καταρτίσμεν ἰλάφους. Augustinus: Perficientis ceruos. Vulg. Latina: Vers. 7.

Præparantis ceruos. Chald. Parturire faciens Felix: Contremiscere fecit, Hieronymus & Augustinus: Ob- stetricans ceruis.

Dominus sedet in diluuiio.] Ebr. יֹשֵׁב לְעֵבְרֵי יַם־סוּף Vulgata Latina: Dominus diluuium inhabitare facit. Hie- ron. & August. Dominus diluuium inhabitat. Vers. 10.

DIVISIO PSALMI.

Tria facit hoc Psalmo Dauid. 1. Primum est, quod magnates & potentes huius seculi hortatur ad agno- scendam gloriã & potentiã Domini: id est, vt dent Deo laudẽ gloriã & potẽtiã, illiq; sese supplices subiiciãt.

2. Alterum, quod subijcit per exemplum tempestatis considerandam virtutem & potentiam Dei.

3. Tertium, est, quod potentiam illam Dei aliqui tremendam, qualem eam descripsit, populo Dei iu- uandam facit, promissione victoriã ac pacis.

DE PRIMO.

Potentes huius seculi ad potentiam Dei agnoscendam hortatur versib. 1. 2. Vbi illud בני אליים variẽ exponitur, à quibusdam pro spiritibus superioribus, à nonnullis pro astris, deniq; à plerisq; pro po- tentibus huius seculi: id quod vero similius est. Et certẽ non absq; causa potentes reges, principes ad- monet, vt Deo dent laudem gloriã & potẽtiã: hoc est, vt agnoscant Domini esse omnem gloriam & potentiam. Istam enim laudem sibijpsis plerunq; vendicant, propterea quod in hoc seculo multa potiuntur gloria, & plurimum posse videntur, cum tamen omnem eam gloriam & potentiam diui- nitus acceperint, tanquam ministri Dei, non αὐτοδυνατοι. Quemadmodum itaq; rectẽ admonueris doctos ac sapientes huius Mundi, vt Domino dent gloriam scientiã ac sapientiã, diuites, opum ac diuitiarum: ita percommodẽ hoc Psalmo potentes admonet, omnem gloriã ac potẽtiã laudem Domino esse tribuendam.

Vers. 1. 2.

Quoniã ne- minẽ timens, satis in loco D. potẽtiã admonetur, vt vel illam metuant.

Vehementiam huius affectus in eo notabis, quod tertio illud הִתְהַרְרֵם: id est, Date repetit. Date Deo glo- riam, date inquam, date Deo gloriam & potẽtiã. Huc etiam facit, quod meminit nominis Dei, dicens: Date Domino gloriam nominis eius, Q. d. Nomen illius est, Dominus, omnipotens, &c. Hanc illi gloriam nolite adimere. Item quod subdit הִשְׁתַּחֲוִי לַיהוָה: id est, Prosterne vos coram Domino, adorate Dominum, secun- dum maiestatem illius sanctam.

שמו.

Quis est quẽso qui ista scribit? An fortẽ plebeius ac humilis quispiam, potentum gloriã inuidens? Nequaquam. Rex est, isq; non minus potens ac gloriosus, quã quisquam nostri temporis poten- tissimus etiam. O si tales potentes haberet hodie populus Dei, puto aliquanto melius haberent Ec- clesiã Christi. Oremus Dominum, vt tali animo donentur, qui rerum potiuntur.

OBSER.

DE SECVNDO.

Secundum est, quod adorandam illam Domini potẽtiã, & potentissimis quibusuis expaue- scendam, per tempestatis descriptionem illis ob oculos ponit, nimirum in virtute & efficacia vocis illius. Quã enim potens quisq; sit, apparet in efficacia verbi. Ita rectẽ in efficacia & virtute vocis diuinã, potẽtia Domini spectanda proponitur. Id autem facit versibus octo: nempe 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Multus est Dauid in scribendis tempestatibus cœli, vt suprã Psal. 18. isto, 77. 104. 148. Expen- damus autem versus istos.

Vox Domini super aquas, &c.] Voẽm Domini vocat tonitru illud horrendum in tempestatibus. Et pri- mum illam describit, vt est in se valida & magnifica: deinde in nubibus intonans. Vocat enim hic aquas magnas tempestatum nubes, quã nihil aliud sunt nisi aqua, eaq; valida & multa: id quod & in ipsa tempestate, dum dimittitur, patet. Vers. 5. Quia dixerat: Vox Domini in virtute: subiicit & efficaci- am, quam in robustis ac sublimioribus arboribus per vehemẽtiã flatus, omnia robusta concuti- entis, & nonnunquam prosternentis exercet. Atq; ideo non quasuis arbores, sed cedros, sublimes videlicet, ponit: idque Libani, in quo monte sunt altissimã. Commemorat notos montes Libanum & Schirion, quorum in Scripturis non modica est celebritas. Pulchrẽ itaq; potẽtiã diuinã vocis, po- tentibus adorandam & formidandam in eo proponit, quod illam famosissimi illi montes cum suis altissimis arboribus agnoscere coguntur. Emphases expende in dictione Confringens, item in repe- titione eiusdem. Deinde in verbo exiliendi, ad hoc in similitudine vituli, & pulli unicornium.

Vers. 3. 4.

5. 6. 7. 8. 9. 10.

Versu 7 commendat eum à fulgetris, quã vocat excisas ignis flammã, dicens, Vox Domini scindit flam- mas ignis. est autem & hoc terribile in tempestatibus, & non mediocre indicium diuinã potẽtiã, quod in medio nubium & aquarum flammã ignis eiaculatur: cum nihil naturẽ ignis sit æquẽ con- trariã, atq; illa vis aquarum in cœli tempestatibus effusa.

Vers. 7.

Versu 8.